

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Rudolph Redecker

**Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Rudolphus Redecker D. & PP. Ad
Cohonestandas Exequias Quas ... Thomas Schmidt/ I.U.D. ... Filiolae suae
Suavissimae Dorotheae Hodie ... adornaturus est Omnes Literatos & Literatorum
fautores ... invitat : [Dabam Rost. sub Sig. Acad. Anno Christi MDCLX. XI.
Novembr.]**

Rostochii: Kilius, 1660

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777425556>

Druck Freier  Zugang



Redecker, H. R.,
in
D. S c h m i d t.

Rost. 1660.

13



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777425556/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777425556/phys_0002)





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777425556/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777425556/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777425556/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777425556/phys_0004)

DFG

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
HEINRICUS RUDOLPHUS
Reder D. & PP.
AD COHONESTANDAS EXEQUIAS

Quas

VIR AMPLISSIMUS ET CONSULTISS.

DN^T THOMAS Schmidt/I. V. D.
Clarissimus
Filiolæ Iue Snavisimæ
DOROTHEÆ

Hodie hora I. in æde Mariana ador-
naturus est

Omnes Literatos & Literato-
rum fautores, præprimis Cives Academicos,
veluti ad mortalitatis memoriam of-
ficiose & studiose invitati.



ROSTOCHIÆ,
Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr. ANNO M. DC. LX.

175



RECTOR UNIVERS. ROSTOCH.
HEINRICUS RUDOLPHUS *Xedeler*
CIVIBUS ACADEM.
Salutem!



Ecundum naturam omnium societatum, nullia majori amoris & officii vinculo constringitur, vel etiam firmitori constantia conservatur, quam illa quæ ex maris ac fœminæ conjugatione oritur. Neq; illa incorrupta animorum compages vel casu vel fortuito obvenit, verum admirabilem unionis vim ab ipsa natura ducit. Natura enim, quæ hoc ipsum est per quod in suo genere aliquid esse intelligitur, quæq; à Plinio omnium rerum parens & opifex appellatur, & quam Sen. l. 4. de Benef. Deum à quo omnia creata sunt, & à quo omnia suum esse retinent, nominat; Unicuiq; rei generis sui studium ita impressit, ut semper sui conservationem maxime appetat. Inde vegetabili virtute stirpes non tantum frondescunt & se altius è terra extollunt, sed etiā occultâ quadam vehementia germinant ac amore sui congerminant. Brutis etiam animalibus suum munus ex sensitivo appetitu natura naturans attribuit: Nulla siquidem bellua adeo truculenta & solivaga est, quæ, cum aliarum rerum aspectum fugiat, & rabie quadam in omnia sœviat, sui generis comparem non quærat. Homo tamen, tanquam omnium animantium Princeps, omnes res creatas rationis dictamine

mine quo sola præcellit, superat; quatenus inviolabile
hoc naturalis societatis vinculum sacrum, & ab omni levita-
tē sanctum custodit. Nam ex voluntate Dei tam præ-
ceptivo quam permissivo homo ad conjunctionem conju-
galem dicitur: Eamq; naturalem esse consociationem
apud omnes in confessio est, nisi vel stupidi & corrupti mo-
res cuiusdam, ipsius naturæ repugna perrumpant: Quo-
niā provida humani generis parens, quæ est natura, mari-
tale conjugium comparavit, ut utilissima vitæ societate &
jucundissimo conjugio genus humanum se invicem susti-
neat. Inde Adamus inter tot applaudentium animalium
aspectus hominem de sua carne & ad generis sui con-
servationem ac propagationem sibi à Deo adjunctam sine
difficultate discrevit, & arctissimam amicitiæ quæ inter
marem & fœminam est, institutionem servavit, illamq; ad
omnes gentes disseminavit. Cum enim Deus Opt. Max.
nobilem duorum sexuum rationem adornasset, mutuum
iisdem affectum indidit, ut nimirū se invicem appeterent
& læta conjunctione gauderent, quo commodissime ge-
nus humanum propagari multiplicariq; posset. Nulla gens
itaq; tam barbara vel inmansueta quæ omnē matrimonii
consociationem conjugalem aspernetur & non potius sui
& humani generis conservationem & propagationem na-
tura duce appetat. Inde matrimonii consociatum vin-
culum Respublicas infallibili nexu constanter stringit.
Nam nisi raptæ virgines Sabinæ, parentum animos con-
nubii intuitu & amore conjugali perciti placassent, actum
de re Romana fuissent. Dicit enim vir uxorem, & nubit
uxor marito, non implendæ libidinis causa, quoniam illa
maxime in vitium deflectit, cum tamen homo ratione
utens, non in dissolutam voluptatum libertatem, sed in
restrictam legum sanctionem debeat operationum consi-
lia dirigere, & laxum vitiorum appetitum virtutis mode-
ramine

ramine restringere; Imo etiam omnis conjunctio corporum, quæ non sit sobolis procreandæ sed potius libidinis explendæ causa, non sit secundum naturam sed vitiosa est c. nervi §. ult. dist. 13. deinde ex positivo jure notum est, legitimam maris & fœminæ conjunctionem quam nos matrimonium appellamus, non ex concubitu sed ex animorum consensu fieri: Brutis enim potius quam hominibus annumerantur, qui promiscue cum fœminis degunt tanquam belluae ac feræ bestiae in antris ac sylvis densis. Tales fuerunt Garamantes *Plinio* teste, qui exortes nuptiarum passim cum fœminis consociabantur. Cum tamen etiam bruta quædam, & præcipue aves à tali indiscreto coitu abhorreant, paria enim junguntur & nidos suos tanquam genitales thoros concordi mente defendunt *Lact.* l. 4. de fals. sap. Neq; etiam ideo principaliter vir uxorem dicit, ut commoda familiæ eo facilius querat, matrimonii difficultates sustineat, ac utriq; fortunæ participē habeat: Sed potius ut propagationē generis, & memoriam æternitatis acquirat, hic enim primus ac princeps matrimonii scopus est, ad quē natura duce trahimur, ne scilicet nostrū genus diuturnitate temporis occidat. Nihil enim ut *arist.* ait, magis nos docuit natura, quam generare & procreare aliud nobis simile, ut q; illud in specie saltim conservemus *lib. 2. de Anima.* Et *cic. lib. 1. off.* ad perpetuam generis conservationem, conjunctionis appetitum procreandi causa, cum aliis animalibus nobis communem esse scribit. *Calistratus* etiam Jure Consultus idcirco nos concipere & edere filios docet, ut per eorum prolem diuturnitatis memoriam in omne ævum relinquamus *l. liberorum* §. ult. ff. de V. S. Hæc enim est tacita illa inclinatio qua natura ad conjunctionem animorum proclives sumus; hic est ille stimulus qui uxorem facit viro indissolubilis vinculi sociam; hic est finis quem omnes appetimus. In summam itaq; felicitatis notam

notam saniores referunt quando futuri nominis prolem
inveniunt, omnia namq; humanæ vitæ præsidia nobis per
liberorum nostrorum procreationem & educationem
comparantur; liberi enim nobis vel per ætatem vel per
alios casus confectis & enervatis restituunt, quod à nobis
in eorum infirma ætate acceperunt. Præterea incommo-
da vitæ quæ mortales indies torquent, nulla ratione meli-
lenire vel tolerare queunt, quā liberorum solamine, spe
& auxilio. Nulla etiam ratione mors quæ omnium terri-
bilium terriblissima dicitur melius contemni potest,
quam si moribundus ex se genitos habeat, qui illum ad vi-
vum exprimant & per gloriā perpetuo vivere effiant. Qui
enim orbi & sine liberis occidunt, molestissimam sui gene-
ris ruinam secum in sepulcrum trahunt; illi autē qui libe-
ris relictis decidunt, quasi vivi per eos in hominum me-
moria post obitum reservantur. Quemadmodum itaq;
ille gaudium vitæ, & scopum societatis humanae verè at-
tingit, qui liberorum procreatione de novo quasi se pu-
bescere sentit: Ita ille in luctum conjicitur qui naturalis
successoris spe destituitur. Luctus enim est ægritudo quam
ex ejus acerbo interitu concipimus qui nobis charus fuit:
Et nunquam tam luctuose nobis illi decedunt qui post
multos exactos annos debitum naturæ persolvunt, quam
illi qui inverso mortalitatis ordine acerba ætate occidunt,
nobisq; conceptā spem nominis & anxillii adimunt. Scimus
quidē nos omnes mortales, non posse diutius vivere quam
conditio humana illud patiatur, durum tamen Patri est
& luctuosum liberos à quibus spem senectutis concepit
comitari ad sepulcrum. Luctus hic Virum Amplissimum &
Consultissimum DN. THOMAM Schmidt, J.U.D. floren-
tissimum etiam tetigit; vix enim ex dolore & lacrimis ho-
noratissimæ Matris, prudentissimi Avunculi & Iuvavissimo-
rum Consobrinorum quos brevi temporis intervallo in-
opinata

Opinata morte amisit refocillatus est, quin novus morsus
mortis superveniat & doloris ac lacrimarū copiam augeat.
Filiam enim, quam divina gratia sibi spem nominis, & fe-
licitatis futuræ spondebat, vix ad septimanæ spatiū suam
dicere potuit, quin immatura morte extinctam lugeret,
ita iterum iterumque inconstantis humanæ sortis vicissi-
tudinem expertus est, qui jam diu proximos suos lugere,
& melioris fati eventus expectare debuit. Dorothea e-
nīm filia, 30. Oct. die ei nata, ac sacro baptismate eodem die
renata, 8. Novembr. iterum denata est. Vocare eam vo-
luerunt Parentes Dorotheam, ut memores essent divinæ
gratiæ; Quia Liberi sunt donum omnipo tentis. Psalm.
126. neque in potestate ac arbitrio parentum sunt, licet
illorum alendorum causa nullum laborem illi subterfu-
gere debeant, sed in manu ac potestate Dei. Ille itaque
qui dedit si idem donum repetierit jure suo iutitur, quoniam
DEI providentia cuncta gubernat, & pro paterna
sua voluntate modo longiorem modo breviores vitam
ad suam gloriam & nostrā salutē determinat. Postquam e-
nīm Dorothea hæc Schmidiana sexto à nativitate die ve-
hementiori affectu laborare inciperet, Dominus Parens
paterni sui officii memor, nullam diligentiam negligere
voluit, filiolam amantissimam ut pristinæ sanitati resti-
tueret, verū nec Parentis indefessa cura; nec Experientiss.
& Excellentiss. Dn. D. Simonis Pauli, Sac. Reg. Maj. Dan.
Archiatr. felicissimi amici nostri honoratisimi, studium
laudatum; nec remedia provide adhibita, vim mortis co-
hibere, vel potius summi Numinis voluntatem imper-
scrutabile declinare potuerunt, quin 8. d. Novembr. cir-
ca septimam matutinam vitæ auram exspiraret, & relicta
nocte inmundi mundi æternam diem exoscularetur. Pa-
trem habuit prædictum Virum Dominum Thomam
Schmidt/ J. U. D. Clarissimum; Matrem Barbaram **Füller**
biers/

biets / fæminam omni virtutum decore ornatissimam : Avum Paternum Thomam Schmidt / p. m. Virum uti antiquis moribus spectatissimum, ita civem hujus Urbis primarium : Aviam maternam Margaretham von Thienen / p. m. fœminam genere, & ornamentis supra seculi sortem laudatam, ex cuius nupera morte mæstissimi liberi maxime adhuc contrastantur, quippe quos materno affectu ultra sexus morem optime instruxit. Avus ejus Maternus fuit Magister Joachimus Füssebier / Vir omni doctrinarum genere dum viveret præclarus: Avia materna Dorothea Wegeners / quæ uti beatissima morte ex hac vita discessit, ita intaminatam vitam laude adhuc superstite egit. Ex hisce majoribus, ut reliquos taceam, nata Dorothea Schmidia, quare non potuit sequiorem spem optimis parentibus promittere. Quo autem parentibus majus fuit gaudium de nata filiola, eò major sucesit luctus, quando in primis cunis expiravit. Nostrī itaque officii erit filiolæ immaturam & inopinatam mortē deplorantibus solamen addere, & lugentes efficacibus remediis refocillare: Hoc faciemus humana condolentia, credamus idem nobis insperato accidere posse infortunium, quod alios tenet perterritos, nihil enim humani à nobis alienū est. Cū itaq; beatæ filiolæ ossa terræ demandare hodiernum diē decreverint mœstiss. Parentes, nostrū erit decenti ritu ea comitari, & quieti donec à JESU Christo resuscitantur reponere. Quare omnes Universitatis hujus cives ea qua decet observantia amice & officiose rogo, ut frequenti præsentia officii & mortalitatis me- mores actum hunc funebrēm condecorare velint,

Dabam Rost: sub Sig: Acad: Anno Christi

clo loc LX. XI. Novembr.

Conventus fiet in templo Mariano.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777425556/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777425556/phys_0013)





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777425556/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777425556/phys_0014)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777425556/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777425556/phys_0015)

DFG



opinata morte amisit refocillatus est
 mortis superveniat & doloris ac lacrima
 Filiam enim, quam divina gratia sibi
 llicitatis futuræ spondebat, vix ad sep-
 dicere potuit, quin immatura morte
 ita iterum iterumque inconstantis hu-
 tudinem expertus est, qui jam diu pro-
 & melioris fati eventus expectare de-
 nim filia, 30. Oct. die ei nata, ac sacro ba-
 renata, 8. Novembr. iterum denata ei-
 luerunt Parentes Dorotheam, ut me-
 gratiæ; Quia Liberi sunt donum of-
 fice 126. neque in potestate ac arbitrio
 illorum alendorum causa nullum la-
 gere debeant, sed in manu ac potesta-
 qui dedit si idem donum repetierit
 niam DEI providentia cuncta guber-
 sua voluntate modo longiorem mod-
 ad suam gloriam & nostrâ salutē dete-
 nim Dorothea hæc Schmidiana sexto
 hementiori affectu laborare incipere
 paterni sui officii memor, nullam di-
 voluit, filiolam amantissimam ut p-
 tueret, verū nec Parentis indefessa cu-
 & Excellentiss. Dn. D. Simonis Pauli
 Archiatr. felicissimi amici nostri ho-
 laudatum; nec remedia provide adhi-
 bere, vel potius summi Numinis
 scrutabilē declinare potuerunt, quia
 ea septimam matutinam vitæ auram
 nocte inmundi mundi æternam diem
 trem habuit prædictum Virum D.
 Schmidt/ J. U. D. Clarissimum; Mat-



the scale towards document

Pitch Reference Chart TE263 Serial No. 032

Image Engineering